



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Solatijs diuinis abundat. 39

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

deficeretur. Insolentiam facti rescivit denique Sacerdos, cui vni arcana credere sua solebat. Is, ne in consilio perseueraret, mandauit. IGNATIVS non insuper habendum illius imperium ratus, paruit monenti. 38 At obsequelam tanta continuo tranquillitas excepit: quæ eximendis olim plurimorum turbelis mirificè valeret. Neq; temere postea fuit hoc morbo tam impeditus aliquis tamq; obsessus, quin illo absolueretur, vt primum IGNATIVM consulisset. 39 Et succedere mox cõpluria quædã potioris rei dona, atq; ostēta cælestia, quorum aliqua post memorabūtur: Vt planè subierit, illud Vatis dicere: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ latificauerunt animam meã.* 40 Memorabile in primis habetur, quod, qui rebus fluxis ad id locorum impē-

sè de-